

Unxerunt David in regem super Israel.

Léctio libri secúndi Samuélis

5, 1-3

In diébus illis:

¹ Venérunt univérsæ tribus Israel ad David in Hebron dicéntes:

«Ecce nos os tuum et caro tua sumus.

² Sed et heri et nudiustértius,
cum esset Saul rex super nos,
tu eras edúcens et redúcens Israel.

Dixit autem Dóminus ad te:

“Tu pasces pópulum meum Israel
et tu eris dux super Israel”».

³ Venérunt quoque omnes senes Israel ad regem
in Hebron,
et percússit cum eis rex David fœdus in Hebron
coram Dómino;
unxerúntque David in regem super Israel.

Verbum Dómini.